



**Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis  
Ecclesiæ**

**Johann Hugo <Trier, Erzbischof>**

**Mogvntiæ, 1688**

Processio in die animarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

Ecclesiam: ubi habetur sacram, <sup>mihi ante habetū fuerit</sup> ~~eo finito canitur:~~ <sup>dein cum</sup> Te Deum laudamus. quo absoluto omnes genuflectunt: sacerdos adorato & incensato Venerabili Sacramento canit cum eo ad populum conversus.

Tantum ergo &c. Genitori genitoque &c.

Respondente choro reliquos versus ut moris est, datâque benedictione reponitur monstrantia in tabernaculum, atque à sacerdote clauditur.

## PROCESSIO IN DIE ANIMARUM.

**I**n parochiis pridie animarum post vespertas Defunctorum decanatas, sicut & in ipsa animarum die, instituitur processio per Ecclesiam totam & coemeterium, Pastorque aspergit omnia sepulchra, cantanturque responsoria, primi, vel etiam tertii nocturni officii Defunctorum, & quando pervenitur ad ossuarium recitat Psalms Miserere mei Deus &c. vel De profundis &c. <sup>cum</sup> collecta: Deus in cuius miseratione &c. ut sequitur.

In reditu ad Ecclesiam, ante altare majus cantatur: Respons. Libera me &c. <sup>ut supra pag. n<sup>o</sup> 112.</sup> Deinde

**Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.**

**Pater noster.** <sup>secretò.</sup>

**V.** Et ne nos inducas in temptationem.

**R.** Sed libera nos à malo.

**V.** A porta inferi.

**R.** Erue Domine animas eorum.

**V.** Domine exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum.

Ore-

## Oremus.

Deus in cuius miseratione, animæ fidelium re-quiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine latentur.

Fidelium Deus omnium, conditor & redemptor, animabus famulorum familiarumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cum Deo patre in unitate &c.

Requiescant in pace. R. Amen.

## PROCESSIO AD PETENDAM PLUVIAM.

**A** Gantur omnia ut ~~suprà~~ <sup>in diebus Regationum</sup> in Litanie majoribus usque ad finem Litaniarum, in quarum precibus post Versum: Ut fructus terræ &c. bis dicitur: Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris. R. Te rogamus audi nos.

In fine dicitur: Pater noster. secrètò.

v. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

### Psalmus 146.

Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus:  
Deo nostro sit jucunda decoraq; laudatio. &c.

P p 3

Dein